Morbio 2 (6)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1751732630-11/fragment/page=2

M[illegible] domini nostri Jesu Christi millesimo quadringentesimo primo indictione quarta decima die quinto decembris in ecclesia [illegible] omnium sanctorum [illegible] in [illegible] ¶ Dna Zoanina uxor quondam Zanini de Montecchio tutrix Masine filie sue et filie [illegible] Zanini [illegible] Zanini [illegible] tutelle et satisfactionis fecit [illegible] Riboldinum [illegible] istum volens facere inventarium de bonis et rebus seu patrimonio ipsius pupille in presentia Belini et Leonini de Maynardis Bonadi Soreghi Jacomini de Abbatis et Jacomi de Fatolfo hominum bone fame et opinionis et testium qui cognoverunt dictam quondam Zaninum patrem quondam dicte pupille et ipsam pupillam cognoscunt et de bonis et rebus seu patrimonio ipsius pupille noticiam habent ut dixerunt. In nostra presentia plurium personarum scilicet Johannis de Guxolis et Bertolini de Bagnarolo et mei Riboldini de Boscarolis notarii prefata quidem tutrix facto prius verbali signo crucis dixit et confessa fuit has istas res esse in bonis et rebus seu patrimonio dicte pupille et rogavit me Riboldinum de Boscarolis notarium istum in hoc inventario ponere et scribere has res istas. ¶ In primis una petia terre casati iacet in introitu [illegible] instata cerexie cum [illegible] ab una parte via ab alia Abatini de Bonatio ab alia heredes Hobonini Montecchi. ¶ Item una petia terre ortive tabularum tredecim iacet ibi prope post dictam domum cum [illegible] ab una parte dna Ambrexia de Zanaterus ab alia heredes [illegible] Hombonini ab alia Manfredus de Gracio [illegible] ab alia Viazola. ¶ Item una petia terre arative partim unius iacet in clausis Crimone ad Sancum Felicem cum [illegible] ab una parte Machexinus de Golbis ab alia via ab alia monasterii omnium sanctorum. ¶ Item una concedram. ¶ Item unum plumacium. ¶ Item una coltra lini. ¶ Item unum lectum assidum. ¶ Item duo lintaminia. ¶ Item unum vezolum. ¶ Item unum scrineum. ¶ Item unum delatium de ligno cum duabus cassis. ¶ Item unum orditorium.

¶ Item dixit predicta tutrix debita istam esse in hereditate dicti quondam Zanini et dictam pupillam teneri istis personis infrascriptis quantitatibus pecunie. ¶ In primis domino Gufredo de Gufelasis sex libras ipsius in una parte et in alia parte tres libras ipsius et dimidiam de quibus reddidit pro facto dicto domino Gufredo annualiter septem mine frumenti. ¶ Item istam dnam Zoaninam tutricem uxori quondam dicti Zanini quadraginta libras [illegible] pro dote et racione sua.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle (S.)

Morbio 2 (6)

Ego Johannes de Guxolis notarius sacri palatii huic inventario interfui et ad confirmandum [illegible] forma statuti [illegible] me subscripsi.

Ego Bertolinus de Bagnarolo notarius sacri palatii huic inventario interfui et ad confirmandum [illegible] forma statuti [illegible] me subscripsi.

Ego Riboldinus de Boscarolis notarius sacri palatii his omnibus interfui et rogatus istam dnam Zoaninam hoc inventarium scripsi.